



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Christianus Conf. 4. Febr.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

4. Feb. VITÆ SANCTORUM. 85

gratiam THEOPHILUS, extortof-  
que infames hosti codicillos aufert. Hos  
ubi palàm igni dedit, post triduanam fe-  
briculam per notam sibi, & jam apertam  
portam cælum ingreditur. Agnoscite fe-  
licitatem vestram in THEOPHILO  
Mariophili. Sit omnibus aliis angusta  
cæli porta, certè vos laxam amplamque  
habetis. *Ex Surio.*

*Maria peccatorem à desperationis bara-  
thro piâ manu retrahit, spei medicamentum  
aspirat, sovet, non despicit, quousque hor-  
rendo Iudici miserum reconciliet. Famo-  
sum huius benignitatis testimonium est  
Theophilus per Mariam restauratus gratia.  
S. Bern. in deprec. ad Mariam.*

S. CHRISTIANUS CONF. 4. Febr.

**N**ulli minùs sapiunt, quàm qui maxi-  
mè, cum intereà Superi iis ferè  
colludant, qui sanctam simplicitatem  
præ se ferunt. Ad testem CHRISTIA-  
NUM provoco. Is cum adolescens no-  
ctu non sat modestè tectus ædes peram-  
bularet, insultantem nudo tergo sub mu-  
lieris larvâ orcum tulit, enusque impro-  
bum totam noctem circumtulit. Sacris  
initiatus Comitum natum sub exuviis urfi  
terrorum sibi injicientem cultro tantum  
jugulavit, mox errore intellecto per-  
sanavit. Ad ejus preces cum defunctus  
è feretro resurgeret, inter fugientiam



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



ab eo spectaculo turbam ipsum quoque  
vidisses. Fluvium cum trajicere non  
posset, in alteram ripam D. Magdalenam  
unà cum equo transportavit. Eadem fa-  
cienti adfuit, hominumque absentiam  
fatis unica pensavit. Jam inter mori-  
chos mori sibi visus, & manibus MA-  
RIÆ ac Friderici Cæs. tumulari, flama-  
mas habuit arbitrari piaculares, Ge-  
nios item bonos malosque, hos corru-  
exuviis horridos, illos cygneis (aut qual-  
cunque alias demùm miramur & ama-  
mus) pennis superbos. Porrò sacrificia-  
turo mensam & vestes Cælites mini-  
strarunt. Cantantibus benedicere vidit  
ab alto DEI manum. Jam ad agrum  
septem continuos dies Christus Christi-  
que Mater (utique optimi medici)  
inviserunt. Cum morituro verò horas  
precarias iidem visi percurrere, & qui-  
dem cucillum etiam ipsi induti. Superi-  
vos comœdias & risum nobis datis mor-  
talibus. Nos scilicet tragoedias & lacri-  
mas reddimus. Ex Casar. l. 7. c. 16.

*Quia Christi nomine vocatus es Chris-  
tianus, petendum tibi est, ut actus tuo no-  
men hoc sanctificetur & honoretur in te:  
quia sicut virtutum fama nominis tanti  
resplendet ad gloriam, ita malè conversan-  
tis infamia ad ejusdem nominis redundat  
injuriam. S. Pet. Chryf. serm. 69.*